



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Hilaria, siue Evphronae  
Pantheae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1422**

XII. Ad Ioannem Posthium Archiatrum VVurzeburgium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12386**

*Si quæ Bacchylidæ fides habetur.  
Mens si læta sit & quieta : fiorem  
Conseruat viridem diu iuuentæ:  
Et corpus vegetum, ac salubre reddit.  
Mens si mœsta sit, & dolens : iuuentæ  
Depascit viridem repente florem:  
Et corpus lacerat, necatque sanum.*

*Cossus ligna vorat : volucra vites  
Fruges curculio : midas legumen :  
Seps cornu: tinea, atque blatta libros :  
At cor sollicitum, ossium teredo est.*

XI.

**Ad Ioannem Sambucum**

*Cæl. Historicum & Consiliarium.*

*Tristitia, SAMBUC E, mederi nouit amicu-  
At morbo medicus : fidus uterque comes.*

XII.

**Ad Ioannem Posthium**

*Archiatrum VVurzeburgium.*

*Ex Cornelio Celfo.*

*Qui benè, IAN E valet: nullis sese obliget i-  
Legibus: at sponte sit, maneatque suæ.*

*Quod od sapit, hoc comedat: quod non sapit, iller-  
( lingua)*

*Iamque foris, & jam gaudet esse domi.*

Sed magis ipse foris, & in agro gaudeat esse:  
Et, quod sit membris vtile, semper agat.  
Sive feras visco fallat, catulone sagaci  
Sebetetur: remo seu breue carpat iter:  
Seu potius colat arua, vel hortos conserat vltro:  
Quicquid agat, potius, quam requiescat, agat.  
Tempesta quies junat, intempestaque lœdit  
Corpus: sic prodest plus quiete labor.  
Illa senectutem maturam, I A N E, iuuentam  
Sepius hic longam, floridulamque facit.

XIII.

Ad Henricum Porfium.

Quaris, quæ podagræ medicina sit optima,  
(P O R S C H I,  
Paupertas, animi vel bona temperies.

XIV.

Martino Rulando Med.

Ex Philemone.

Aeger ubi medicum videt, haud dolet amplius:  
Corde facit, præstò si sit amicus, idem. (aeger

XV.

Ad Laurentium Gualtherum Cuchelium Medicum  
Vlmensem.

A 5 Dum